

18 51.2

DUE INDIRIZZI


CHE I REVMI. CANONICI CAPITOLARI
DI MALTA

DEPOSERO AI PIEDI DI SUA SANTITA'
IL REGNANTE SOMMO PONTEFICE

PIIX.

Il primo dei quali, all'occasione della Sua festa
dell' 11. Aprile 1869

Ed il secondo, alla vigilia della solenne apertura
del gran Concilio Vaticano.



Malta
Coi Tipi di E. Laferla
1869.

Per il Professore

Dr. GIORGIO CAN. CARUANA.

BEATISSIMO PADRE,

NA nobile e generosa gara di affetto e di devozione, che, quasi scintilla animatrice, si riaccese nell'Orbe Cattolico verso il Successore e la Cattedra di Pietro, all'avvicinarsi del cinquantesimo Anniversario della prima messa celebrata dalla SANTITÀ VOSTRA, non poteva certamente non ridestare in noi una santa emulazione di prendere parte attiva in questa solenne dimostrazione.

Se la piccola, ma assai privilegiata Chiesa di Malta, fondata dal grande Apostolo delle genti, collega e consorte delle glorie del Principe degli Apostoli, Vostro Predecessore, da più di diciotto secoli sempre strettamente unita, pel doppio vincolo di fede e di carità, alla indefettibile Cattedra di Pietro, divide finora le glorie dell'Apostolicità colla Chiesa Romana; egli è ben giusto e doveroso, che il Successore di Publio, (a) ed il suo Capitolo, in questa felice anniversaria ricorrenza, insieme concorrano coll'intera famiglia cattolica a ricolmare di applausi e di augurii il Santo e Vegliardo loro supremo PASTORE, l'amato e abbattuto loro PADRE, a ricambio delle amare lacrime, che gli fanno versare i tristi nella fiera e accanita guerra che gli oppongono.

(a) Si allude a una lettera analoga alla circostanza, contemporaneamente diretta a S. Santità da Monsignor Arcivescovo Vescovo di Malta.

A questo scopo esultanti noi di pura e santa gioja, con trasporto di filiale affetto salutiamo fin d'ora il faustissimo giorno 11. Aprile di questo anno, quale aurora, foriera delle celesti benedizioni, della pace stabile e delle nuove glorie, che il Sommo Eterno SACERDOTE in questo anno assai memorabile prepara all'abbattuta sua sposa la Chiesa, e all'intrepido suo VICARIO in terra, il quale, in tempi così difficili, con ammirabile sapienza e fermezza difende il temporale Scettro ed i sacrosanti diritti del Sommo Pontificato, a Lui conferiti ed affidati.

In quel memorando giorno, BEATISSIMO PADRE, in cui la Chiesa Universale, per liturgica e provvidenziale coincidenza, celebrerà la festa del Buon Pastore, Vostro divino modello, e la Chiesa di Malta solennizzerà la memoria del suo primo Pastore Publio, noi renderemo le dovute grazie all'Eterno Buon Pastore di non aver permesso, che Vi fosse strappata l'augusta Corona del temporale dominio, indispensabile per l'esercizio dei Vostri pieni poteri.

Il Signore, Padre di ogni misericordia e Dio di ogni consolazione, accetti pure dalle Vostre Santissime mani la grande Vittima immacolata con tale gradimento, che si muova a spargere abbondantemente la virtù salvatrice della medesima sopra la società languente, affrettando l'immancabile e pieno trionfo della verità sull'errore, del diritto sull'usurpazione, dell'ordine sull'anarchia, della virtù sul vizio.

Serbi pertanto Egli sempre vigorosa la preziosa Vostra vita alla presidenza e confermazione dell'Ecumenico Concilio Vaticano, da Voi a questo santo scopo opportunamente intimato.

Sia esso l'incoronamento dell'edifizio Cattolico, segni nella storia una delle più gloriose pagine per la SSma. nostra Religione, e così aggiunga un'altra preziosa gemma alla triplice Corona del GRAN PONTEFICE DELLA IMMACOLATA.

Aggradite, BEATISSIMO PADRE, questi sinceri ed affettuosissimi nostri augurii, quale espressione fedele di quella filiale ed inalterabile affezione, che ci lega all'augusta Vostra persona.

In segno di tale gradimento, degnatevi di compartire l'Apostolica Benedizione a tutto il Clero e Popolo Maltese, e di rammentarvi specialmente di Malta nella Vostra cinquantesima Messa Anniversaria, affinchè non possa giammai venir meno tra noi quella fede, alla quale i nostri padri furono rigenerati dall'Apostolo Paolo.

*Malta nell'Aula Capitolare
il dì 30. Marzo 1869.*

Seguono per ordine le firme dei Revmi. Canonici Capitolari.

BEATISSIME PATER,

MAXIMA lætitia affecti sumus ubi primum Orbi Catholico, novum æternæ veritatis triumphum, novum Ecclesiæ splendorem, novamque Tui Pontificatus gloriam nunciaverunt Litteræ Apostolicæ, quibus Tu Pastorum Pastor vigilantissimus, graves inter, quibus premeris, at non concuteris ærumnas, Œcumenicum Concilium, in Basilica Vaticana habendum, et die Immaculatæ Conceptioni Deiparæ Virginis Sacro inchoandum, solemniter indixisti. Supernæ namque virtuti tribuendum duximus, quod ab inito Tuæ providentiæ consilio, tot inter præsentis temporis discrimina, deterritus minime fueris ab ipsa operis magnitudine et difficultate.

Noscentes quomodo dives in misericordia Deus Tuam admirabilem in Ecclesiæ libertate, ejusque juribus tuendis constantiam eo maxime divinæ gratiæ auxilio roboret, augeatque ad Christi Domini gregem servandum, pascendumque, quo graviora in ipsum gregem luctuosissimis hisce temporibus damna inimicorum irruunt, atque invadunt; numquam exinde destitimus Eidem misericordiarum Patri, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit, ex animo gratias agere: divinamque clementiam Ejus, qui in maximis rei Christianæ periculis tam salutare remedium Tibi indidit, enixis precibus obsecrare, ut gratia sua opus, a Te feliciter inceptum, per Te ad exitum usque perducatur, atque perficiatur eodem glorioso

successu, quo in Apostolici Tui ministerii decursu summopere præstitisti.

Nihil proinde aptius, acceptiusque nihil habuimus jucundissimis sacri Tui oris verbis, quibus nobis præsertim Ecclesiarum Cathedralium Canonicis, divinum de Spiritu Sancto sacrificium in præsentiarum facere præcipisti, ut qui a Patre Filioque procedit suorum Charismatum dona largius in Te, et Concilii Patres effundat, vobiscum sit, et ea omnia vobis suggerat, *quæ ad comunem totius populi Christiani salutem utilitatemque, ac majorem Ecclesiæ Catholicæ gloriam et pacem maxime pertinent.*

Mittat hinc Ipse de cœlis lucis suæ radium, ac illorum corda illustret, qui, vel in fide infirmi omni vento doctrinæ circumferuntur, vel ab eadem fide errantes, omni æternarum veritatum pabulo privati, misere contabescunt: et Sui roris intima aspersione fœcundet, ut meliora sequuti consilia, in Sacrosancta hac Synodo occasionem accedendi ad Ecclesiam, columnam ac firmamentum veritatis, nanciscantur. Pergat et Ipse virtute sua infensissimos Christiani nominis profligare hostes, qui cœco quodam insanuentis impietatis impetu misere rapti, inani conatu, ac temerario ausu simul adlaborant, commoliunturque, si quo modo possent, impedire, irritum facere, ac penitus evertere grande hoc unitatis et pacis Opus, quod, Deo Propitio, et Deipara Immaculata Conciliatrice, Ecclesia Universa in eodem Spiritu Sancto congregata, in sanctificationem fidelium, in ædificationem corporis Christi extruere opportunum, imo necessarium duxisti; ut, omnium inimicorum suorum superatis insidiis, Civitas Sancti, Jerusalem Nova perpetua pace lætetur.

Hæc sunt, BEATISSIME PATER, vota nostra, illi fidei consentanea, quam ab ipso gentium Apostolo accepisse merito gloriamur, atque orta ex ea charitate, cujus vinculis Romanæ Petri Cathedræ, catholicæ unitatis centro, Publii hæc Melitensis Cathedra, ab eodem Paulo primum erecta, hucusque semper obstricta est. Hæc est certa spes nostra, quam corde fovemus, validissimo suffulti præsidio divinæ gratiæ Matris, quam Tu, jam pridem universo Orbe Catholico plaudente, labis originalis nesciam solemniter declarasti, et nunc, summa omnium fidelium lætitia, pulcherrimo hoc honoris et gloriæ titulo, futuri Concilii Auspicem salutasti.

Hac fide, hac spe, hisce sensibus ducti, nihil potius nobis et antiquius est, quam humili et sincero cordis affectu etiam nunc excipere et amplecti quæcumque Sacrosanctum futurum Concilium in salutem fidelium, et Ecclesiæ gloriam provide, sapienterque constituet: pleno laudantes assensu ejusdem gesta, ejusdemque consilia atque decreta. Idcirco etiam nunc parati sumus libere aperteque profiteri, ac propagare veritates et dogmata, quæ ipsi declaranda, definienda, ac fide divina tenenda videbitur: uno ore atque animo, facto verbisque rejicere ac damnare, quæ divinæ fidei, animarum salutis, et societatis humanæ utilitati adversa, reprobanda ac rejicienda in Domino judicabit.

Nostris hisce votis annuat Deus, annuat et VIRGO IMMACULATA, qua exorata, omnia tibi ominamur secunda, et effuso cordis affectu bene precamur. Tibi, omni benedictione cœlesti cumulato, serventur vires, augeanturque dies, ut novo Tui Pontificatus splendore indicto Concilio præsse, ejusdemque acta confirmare valeas, atque ita am-

plissimos e saluberrimo Tuo consilio percipere fructus, qui luctum tuum in gaudium tandem convertant.

Præsentissimam et auspicatissimam occasionem aptius, solemnusque testandi præcipuam hanc devotionem, et obsequium, quo Te, Sanctamque Sedem prosequimur, nec non manifestius significandi hos intimi cordis nostri sensus, quibus firmissimo assensu sapientissimis futuri Concilii horaculis, et deliberationibus adhærere gloriamur, ultro libenterque nobis præstat hujus Ecclesiæ Melitensis Pastor, ac Pater amantissimus, ad Sacra Apostolorum limina accedens, ut collatis consiliis una cum aliis Sacrorum Antistitibus, in Pastoralis Tuæ sollicitudinis partem vocatis et congregatis, curas omnes suas in Dei gloriam, Ecclesiæ pacem et unitatem, atque animarum salutem conferat. Quod ut facilius etiam, et uberius cedat in bonum hujus gregis, pastoralis ipsius curæ ac vigilantie commisi; nobis, universo clero et populo Melitensi Apostolicam Benedictionem Sanctitas Tua benigne impertire dignetur.

*Datum Melitæ in Aula Capitulari
die XXIV. Octobris Anni MDCCCLXIX.*

Sequuntur ordine subscriptiones Canonorum Capitularium